Cesare, *De bello gallico* VI 9

1. Caesar, postquam ex Menapiis in Treveros venit, duabus de causis Rhenum transire constituit; quarum una erat, quod auxilia contra se Treveris miserant, altera, ne ad eos Ambiorix receptum haberet. 2. His constitutis rebus paulo supra eum locum quo ante exercitum traduxerat facere pontem instituit. 3. Nota atque instituta ratione magno militum studio paucis diebus opus efficitur. 4. Firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto, ne quis ab his subito motus oreretur, reliquas copias equitatumque traducit. 5. Ubii, qui ante obsides dederant atque in deditionem venerant, purgandi sui causa ad eum legatos mittunt, qui doceant neque auxilia ex sua civitate in Treveros missa neque ab se fidem laesam: petunt atque orant sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant; si amplius obsidum velit dari, pollicentur. 6. Cognita Caesar causa reperit ab Suebis auxilia missa esse; Ubiorum satisfactionem accipit, aditus viasque in Suebos perquirit.

NB: I numeri fra parentesi non si riferiscono al numero di riga del testo, ma alla frase/proposizione cui il termine appartiene.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto SOLTANTO 6 fra le 12 parole elencate qui sotto, indicando soltanto la lettera MAIUSCOLA corrispondente nello spazio bianco senza altri caratteri (per es. scrivendo la lettera maiuscola A, senza virgolette o punti, nello spazio in cui si volesse inserire "eis").

A. eis — B. referunt — C. quod — D. esse — E. suis — F. ab — G. eius — H. petunt — I. eorum — L. quem — M. cum — N. fuisse

Caesar cum copiis (**suis**) Rhenum transit, quia certus est auxilia Treveris missa (**esse**) a Germanis. Milites paucis diebus aedificant pontem, (**quem**) Caesar partem (**eorum**) in Treveris praesidere praescribit. Altera pars copiarum equitatusque (**ab**) eo traducitur. Ubii purgandi sui causa mittunt ad Caesarem legatos, qui de auxiliis Sueborum in Treveros (**referunt**).

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e stabilisci se sono vere o false (6 punti)

A) Caesaris milites paucis diebus Ubiorum oppida obsederunt. **FALSO**
B) Ambiorix adversus inimicos suos arma Romana invocavit. **FALSO**
C) Treveri pontem ad insequendum Caesarem aedificaverunt. **FALSO**
D) Suebi ad Treveros contra Romanos auxilia miserant. **VERO**
E) Pons, instructus a Caesaris militibus, subito motu fractus est. **FALSO**
F) Caesar aditus viasque in Suebos perquisivit, cum Ubios innocentes esse cognovisset. **VERO**

3. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano (8 punti)

A) Caesar fuit

1) rex Menapiorum
2) socius Menapiorum
3) rex Romanorum
4) **dux Romanorum**

B) Ambiorix

1) pacem petebat
2) **seditionem contra Romanos accendit**
3) socius Romanorum fuit
4) pontem aedificavit

C) Pons paucis diebus aedificatus est

1) cum Caesar adventum Germanorum timeret
2) **cum milites rationem bene cognoscerent**
3) cum multitudo militum Caesaris ingens esset
4) cum milites turbidae tempestatis adventum timerent

D) Caesar timebat motum oriturum esse

1) **a Treveris**
2) a Romanis
3) a Menapiis
4) a Suebis

E) Ubii legatos miserunt

1) ad accipiendum Caesarem
2) **ad foedera cum Caesare confirmanda**
3) ad bellum indicendum
4) ad castra Ubiorum oppugnandum

F) Suebi

1) contra Romanos Ubiis auxilia miserunt
2) contra Menapios Treveris auxilia miserunt
3) **contra Romanos Treveris auxilia miserunt**
4) contra Menapios Ambiorigi auxilia miserunt

G) Ubii, ut bonam fidem demonstrarent, dicebant

1) se amplium numerum obsidum accepturos esse
2) **se ampliorem numerum obsidum missuros esse**
3) se bellum gesturos esse contra Treveros
4) se bellum gesturos esse contra Suebos

H) Caesar aditus viasque ad Suebos perquisivit

1) ut auxilia iis offerret

2) cum Ubiorum satisfactionem non accepisset
3) ad auxilium postulandum contra Ambiorigem
4) **ut eos poena afficeret**

4. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano (8 punti):

A) *Quarum* (1) è
1) complemento di vantaggio
2) complemento di unione
3) **complemento partitivo**
4) complemento d'agente

B) *Se* (1) si riferisce a
1) Rhenum
2) **Caesar**
3) Menapii
4) Treveri

C) *Ne* (1) introduce una proposizione
1) causale
2) **finale**
3) dichiarativa
4) consecutiva

D) *His constitutis rebus* (2) è
1) un dativo di vantaggio
2) un dativo di possesso
3) **un ablativo assoluto**
4) un predicativo del soggetto

E) *Traduxerat* (2) è un
1) indicativo imperfetto
2) **indicativo piuccheperfetto**
3) congiuntivo imperfetto
4) congiuntivo piuccheperfetto

F) *Qui* (*ante obsides*, 5) ha valore di
1) **soggetto**
2) complemento oggetto
3) predicativo del soggetto
4) predicativo dell'oggetto

G) *Obsidum* (5) è
1) nominativo singolare neutro di 'obsidum, i'
2) genitivo plurale di 'obsidia, arum'

3) **genitivo plurale di 'obses, obsidis'**
4) accusativo singolare neutro di 'obsidus, a, um'

H) *Velit* (5) è
1) indicativo presente di 'volo'
2) **congiuntivo presente di 'volo'**
3) congiuntivo imperfetto di 'velo'
4) congiuntivo presente di 'velo'

5. Trasforma le seguenti proposizioni adattandone la sintassi alla nuova forma suggerita sotto ogni rispettiva proposizione. Il contesto sintattico originario va tenuto in considerazione nell'elaborazione della risposta corretta. Il paragrafo da cui le proposizioni sono tratte è indicato fra parentesi alla fine di ogni proposizione. La nuova forma verbale deve essere corretta grammaticalmente e va digitata correttamente senza errori tipografici per poter essere considerata valida. Nel caso di verbi perifrastici con forme del verbo sum, questo va collocato in ultima posizione.
Esempio:
Proposizione originale: Interim invasit Alboinus Italiam totam
Nuova proposizione suggerita: Interim Italia tota ab Alboino _______
Risposta corretta: Interim Italia tota ab Alboino invasa est

1) His constitutis rebus […] instituit. (2)
Cum (Caesar) has res ___**constituerit**___ […] instituit.

2) (Caesar) reliquas copias equitatumque traducit. (4)
Reliquae copiae et equitatus ___**traducuntur___** a Caesare.

3) Ubii […] purgandi sui causa ad eum legatos mittunt. (5)
Ubii ad eum legatos mittunt, ut se ___**purgent**___.

4) Caesar reperit ab Suebis auxilia missa esse. (6)
Caesar reperit Suebos auxilia ___**misisse**___.